



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

139. An dispensationes valeant ante litterarum expeditionem? Et infertur dispensationes, & alias gratias non expirare mortuo Pontifice ante earum expeditionem. Et an sola probabilis conjectura de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Dispensationib. Resol CXXXIV. 263

RESOL. CXXXVII.

An deo casus, ut Episcopus possit dispensare cum diutibus super impedimento aliquo dirimere, ex illo capite, quod non patet adius ad Pontificem: Ex pat. 8. tr. 3. Ref. 96.

§. 1. **S**eruā dictum, in aliquibus casibus posse Episcopum dispensare in impedimentis diutinibus. Hoc supposito, videtur negatiū respondeat. Hoc pendum ex his quæ docet Averla disp. 19. sct. 2. q. 1. vbi sic sit. Designari solet huiusmodi casus magna necessitatē, quando contractum iam sit publice matrimonium cum occulto impedimento dirimere, & non possint tales coniuges separari, quia ex separacione leguerentur magna damnatione, & scandala. Vbi sane manfestè appareat necessitas obtinendi dispensationem, & consualidandi matrimonio. Designatur etiam ut plurimum casus quo non patet adius ad Pontificem, quando coniuges propter inopiam non possint facere expensas coniunctam ad imperandam dispensationem a Pontifice; adeo ut aliqui dubient, num in diutibus posset etiam occurrere talis difficultas adiudiū Pontificis, huc progradi ab illo dispensationem. Ita ille.

2. Sed contrarium docet Baunius in *Theolog. moral.* tract. 11. de *impediment.* Matrimonio q. 1. vbi in alio. Quarta conditio est, vt ad Pontificem, aut alio, cui dispensandi ius ac potestas eius concessione competit, non sit accessus facilis, ob coniugum paupertatem, loci distantiam, aut causam similem, que eos Romam ire, aut eō mittere non dicit.

3. Quid si contrahentes claris sunt orti parentibus, si sunt diuitiae, prouindeque necessitatis non definiti commeatibus ad Romanum iter?

Respondeo, Episcopum dispensare posse non sequitur res si locus, si necessitas, eaque gravis, id exigunt, nempe, quia Roma longe absit, quia infesta sunt itineratae oceani, consequenter intura, pericula apotremend, quia longa mora, redditūque nūnquam ex vibe coniugum periclitatur continentia, nam si cum pauperi humaniter ac benignè potest Episcopus agere, cum eo dispensando in impedimentum, quod in eis coniungit, quia ei non est facile super eo Papa consulere, quid eum prohibet pari erga diutinem benignitate uti, quando ratione necessitatis, virginitatis periculi in mora, recurrere ei ad Papam non licet; Hęc Baunius, cui libenter adheret.

RESOL. CXXXVIII.

An si quipu maritionum contrabat ante dispensationem notitiam, sit validam?

Et docetur, quando tempore dispensatio cestra suum effectum operari, an a die sue concessionis, vel a die notitiae, & receptionis, & acceptationis: Ex pat. 8. tr. 3. Ref. 88.

§. 1. **R**esponso huius difficultatis pender ex illa questione, quando nōpe dispensatio cestra suum effectum operari, à die ne concessionis, ne notitiae & acceptationis. Cum enim dispensatio sit quadam concessio, seu licentia a superiori facta, comque illa multo tempore antea a superiori obtinetur, quām innoteat, & acceptetur ab inferiori, non leue dubium emergit, an suum effectum incipiatur operari statim atque a superiori obtinetur.

an postquam illa dispensatio innoteat, ab eoque acceptata fuit.

2. Pro eius difficultatis solutio dicendum est dispensationem per se suum effectum non operari nisi postquam fuerit nota & accepta ab ipso dispensando. Ratio est; quoniam dispensatio per se est, relaxatio a lege adhuc vigente, & obligante ergo velicite suum effectū operari valcat, deberesse nota ipsi dispensando. Antecedens constat ex dictis. Consequentiū probatur; nam quamvis dispensando superioris dispensatio non innoteat, non est ei licet contra legem agere. Igiter ante notiam dispensationis nequit dispensatio suum effectum operari. Consequentiū probatur; quoniam effectus dispensationis est, licitus vobis contra legem vim obligandi habentem, agitur si ante dispensationis notitiam nequit esse licitus vobis contra legem vim obligandi habentem, non poterit ante talē notitiam dispensatio suum effectum in dispensando operari.

3. Confirmatur; quia non est de superiori presumendum, quod velit subditum à legis obligacione exire, nisi quando tuta conscientia & absque peccato potest contra illam agere. Atqui non potest tota conscientia, & absque peccato contra illam agere, nisi post dispensationis notitiam, cum ante talē notitiam lex altem in conscientia subditu obtineat suam vim obligandi. Hinc sit, v. si Paulus, v. 8. in *lascis constitutus matrimonium cōstat hat cum, Catharina ante dispensationis notitiam, matrimonium sit nullum, defectu voluntatis dispensatoris, qui non presumitur velle suam dispensationem valorem contra legem habere. ante quam ipsius notitia ad dispensandum pergeniat.*

Iraque ex dictis negatiū respondendum videntur ad propositam questionem. Et haec omnia docet P. Amicus tom. 5. disp. 6. sct. 1. numer. II. 12. & 13.

RESOL. CXXXIX.

An dispensationes valeant ante literarum expeditionem?

Et inserunt dispensationes, & alias gratias non expirare morioru Pontifice ante eārum expeditionem, Et an sola probabilitate coniectura de obtenta dispensatione sufficiat ad validitatem, & honestatem actus.

Ex pat. 8. tr. 3. Ref. 84.

§. 1. **R**espondeo primò, quod gratiae ad suum va
lorem, seu substantiam non indigent litterarum expeditionem. Hanc sententiam defendunt communiter Doctores, gloss. in Clem. *Dudum*, de *sepulturis*. Abbas cap. in *nostra*, num. 1. de *rescripsitis*, Ripa *responso* 13. n. 4. de *rescripsitis* Molina *romo de Inflat.* disp. 599. n. 1. Sayro de *penitentia*, cap. 12. n. 3. fine & alij Probatrī primo ex Clement. *Dudum de sepulturis*, vbi haec omnia valida esse dicuntur, vniuersa priuilegia, gratias, vel indulgentias verbo vel scripto, seu quancumque forma secundo probatur; quia gratia est quae a liberalis donatio, hec e autem eo ipso quod dicitur, est in se perfecta, non indigens aliquo scriptura instrumento, ergo gratia litterarum expeditione non egent; haec autem conclusio ita vniuersaliter, & absolute vera esse debet, ut nulla prolsus egeat limitatione, aut moderatione.

2. Respondeo Secundò, quod dispensatio non prodest, neque vim habet in foro extenso, si litterarum non expediantur, postquam tandem expedita sunt retrotrahuntur, & profant a punto concessionis, & vim habent, etiam super eam litterarum expediantur mortuo iam Summo Pontifice, qui eas concessit. Ita tenueruntur.

Sup. hoc lo
ge dodriu
Ref. seq.

Aenior Pater Molina tom. 3. de Iustit. disp. 599. n. 1. &c.
Bartol. Soncin consil. 41 n. 5. vol. 3. Prima pars con-
electionis, quod scilicet non pro sit dispensatio in
foco externo, donec littera expediatur, probatur ex
regula Cancellariae 53, que apud Rebuffum in praxi
beneficiorum de regulis Cancellarii est regula 37. vbi pro-
nuntiarunt dispensationem, non suffragati nisi litteras
expeditis; verbum enim suffragare significat ali-
quid pertinens ad forum contentiosum, vt docet
Molina loco cit. quod autem dispensatio scripta pro sit
a tempore conscientia patet, quia regula Cancellariae,
que petunt litterarum expeditionem, non pe-
tunt litteras esse expeditas a tempore, quo iudicium
incipit ergo credendum est, cum haec res sit fauora-
bilis, sufficiere etiam ad forum exterrimum expeditio-
nem quo cum tempore factam.

3. Hinc sit dispensationes, & alias gratias non
expirare in illo casu mortuo Pontifice ante eum
expeditionem. Probatur, quia iam gratia erat viua
voce perfecte facta; ergo non pauit morte conceden-
tis. Ita sententia Pater Molina loco cit. & Sayto-
de par. c. 22. n. 3. in fine, & alij.

4. Secundum fit ex prima, & secunda conclusione
certum, posse quemlibet in foco conscientia vii
dispensatione & gratia ante litteratum expeditio-
nem. Ita docent Molina loco citato, & Henriquez
lib. 12. de matrimonio, cap. 3. n. 7. & alij multi. Pater,
qua gratia sine litteratum expeditione in se est val-
ida, & solum requiritur expeditio pro foco exter-
no, vt patet; ergo in foco interno, & conscientia
valida est. Et hoc omnia, prout Doctores citatos,
etiam docet Ochagavia tract. de sacramentis. Matrimoni-
onis dispens. q. 13. n. 1. & seq.

5. Nec defetur hic etiam supradicta confirmare
ex his, que docet Ioannes Praepositus in 3. part. D.
Thomae, q. 8. de matrimonio. disp. dub. 7. n. 46. & seq. Di-
co igitur cum ipso. Primo, in foco externo non suffi-
fragari, litteris non expeditis. Ita decernitur regula
56. Cancellaria apud Rebuffum. Secundo in foco
tamen conscientia valet dispensatio, etiam si non
dum scripta sit, statim scilicet, ac simplici verbo
concessa est.

6. Deducitur ex sententia plurimorum Docto-
rum, qui docent ad valorum gratia in foco con-
scientia non requiri scripturam, quia ea neque requi-
ritur ex natura rei ad donationem. & fauore Principi-
pis, neque concipiunt requiri ex iuris dispensatione.

7. Hinc sequitur Primo, quod si Summus Pontifex
moriatur, antequam expediantur litterae dispe-
nsationis, is, cum quo dispensatum est, possit in foco
conscientia illa ut Secundum, quod similiter uti pos-
sit dispensatione, & matrimonium contrahere is, cui
a fide digno est significatum Pontificem dispen-
sa, etiam littera nondum missa, vel etiam expedi-
ta fuerint, vt si quis bona fide inito matrimonio in
gradu prohibito occulere obtineat dispensationem
super impedimentum, & ut matrimonium revalide-
tur, potest illud in conscientia revalidare, quamvis
littera nondum sit concessa.

8. Dices videri obstat regulam Cancellariae Gre-
gorij XIII. quam refert Sanchez lib. 8. disp. 29. In
qua dicitur: Nulla talis dispensatio cuiquam in iudi-
cio, vel extra suffragatur antequam super ea litterae
Apostolicae sint concessae. Respond. negando
assumptionem, quia Pontifex noluit recepta Docto-
rum sententia adversari, sed solum voluit, quod in
foco externo, sive in iudicio, sive extra illud, nulla
dispensatio suffiagetur ante expeditiōnem litterarum,
non verò agit de foco conscientiae.

9. At hic obiter non est omitendum dubitum,
quod ponit Amicus tom. 5. disp. 6. sed 1. n. 14. an vi-
delicet sola probabilis conjectura de obtenta dis-

pensatione, sufficiat ad validitatem, & honestatem
actus. Et logè probabilius existimat non valere: nā
si sufficeret, id est, quia dispensator eiūdē hoc
conditione dispensationem concessit, vt suum effectum
operaretur statim post probabilem conjecturam de
obtenta dispensatione à dispensando habirā. Atqui
verosimile non est, dispensatorem cum huiusmodi
conditione dispensationem concedere: ergo. Major
patet, quia dispensatio non operatur ultra voluntatem, & intentionem cōcedentis. Minor probatur,
tum quia talis modus concedendi dispensationem
non est consuetus. Tum maximè quoniam talis
modus est expositus fraudibus, & erroribus, qui-
bus non debet prudens dispensator patrocinari.
Nam facile quicquid piauit affectu persuadere sibi
posset, obtentam esse dispensationem, quia tamen
ipsa obtenta non esset. Vnde multa posset ex
presumpta validitate contractus, spe obtentae dis-
pensationis celebrari, facere, qua postea dispensa-
tionem non obtenta, non subsisteret; neque ea pos-
sent absque graui scandalo renocari. Multi tales ca-
sus singuli possent in contractu matrimoniali cele-
bratio spe obtentae dispensationis; qui tamen postea
dispensatione non obtenta nec subsisterent, nec
sine magno scandalo revocari possent.

RESOL. C X L.

*An dispensatio à Pontifice concessa, & signata valeat
in foco conscientiae?*
Ex quo deducitur, an si lex, vel statutum decrevit, ut
testamentum sine solemnitate nullam faciat fidem
in iudicio, & extra iudicium, an censeatur ipso facta,
etiam quadam forum conscientia irritata testamentum
sine tali solemnitate conditum: Ex p. 10. tr. 16. &
Misc. 6. Ref. 55.

S. 1. **A**d hunc casum satis practicabilem respon-
sū. Hoc quod Sanchez de Mariis lib. 8. disp. 29. in
put. 29. n. 12. agens de intellectu regulae Cancella-
rii 50. Gregorij XIII. in qua dicitur, quod nulla
dispensatio licet alia viua voce Summi Pontificis
concessa, vel tam per manum eiusdem Summi Pontificis
signata cuiquam in iudicio, vel extra iudicium
suffragetur, ante quam super ea litterae Apostolicae
sint expeditae, seu concessae, quia regula hodie est 32.
dicit mentem Pontificis in illis verbis, extra iudicium,
non esse, vt dispensatio iam Summo Pontifice con-
cessa, & signata, non valeat, aut proficit in foco con-
scientiae (sic ut ante, quando in dicta Regula tan-
tum dicebatur, quod dispensatio non suffragetur
nisi litteris expeditis, talis dispensatio ex sola signa-
tura confessatur quoad substantiam validam, &
prodest in foco conscientiae, vt est communis Do-
ctorum sententia, quod referunt, & sequuntur Sanchez,
d. disp. 19. & Garzia de Benefic. part. 4. c. n.
28. & 30. sed solum ut extra forum conscientiae ad
nullam alii effectum pro sit, sive vere, & propriè iu-
dicio sit, quale est contentiosum inter partes sive
ad alios effectus, vt quis velut ratione huiusmodi
dispensationis nondum litteris expediti admittit ad
aliqua officia, sive ad alios actus in iudicio, vel extra
quorum seclusa dispensatio est incapax. Con-
firmat Sanchez quia Regula non dicit, vt dispensa-
tiones non valeant, sed vt non suffragetur in iudi-
cio, vel extra iudicium vt si aliquis, etiam extra iudicium
se opponat, non suffragetur talis dispensatio, & hanc
doctinam, seu intelligit piauit prafata Regula ap-
probat etiam Ioannes Lugo, de Iustit. tom. 2. disp. 22.
n. 263. Et hoc omnia docet etiam Bossius, in Mor.
tom. 3. tit. 14. §. 1. n. 164.

2. Confit.